

soltanto Ducati cinque e non più, essere cosa in sostanza antichissima in Venezia.

977) 1407, Indic. I, die X mensis Septembris.  
In Capitulari DD. Procuratorum.

Cum Sereniss.<sup>1</sup> D. Michael Steno Dei gratia inclutus Dux Venetiarum &c. jam ante electionem Primicerii Eccl.<sup>e</sup> S. Marci tunc eligendi mandarisset notari, & in scriptis poni fecisset pro reformatione salarii & utilitatis Primicerii, sicut in suprascripta deliberatione sua Ecclesie particulariter denotatur, quam Correctionem ipse D. Dux solus facere potest vigore libertatis plenissima in diversis legibus attributa eidem, & praesertim unius partis capta in M. C. 1302, die tertio mensis julii; libuit prelibato D. Duci libertatem praedictam suis Consiliariis legi facere; ut si forsan praefatis Consiliariis aliter videretur, possint cuncta secundum debitum reformare: qua quidem libertate & parte capta in M. C. et inferius descripta, lecta diligenter praefatis Consiliariis sedentibus in M. C. ad locum solitum et deputatum, existentibus ibidem praesentibus Nobilibus et egregiis viris DD. Philippo Cornario, et Thoma Mocenigo honorab. Procuratorib. Ecclesie S. Marci, determinatum fuit per infrascriptos quatuor Consiliarios, quod prelibatus Excelsus D. Dux, vigore libertatis eidem a Consiliariis attributa, possit et valeat solus super agendis salarii et conditionum Primiceriatu, prout sibi libuerit; providere, quoniam ad ipsum solum praedictum deliberare et agere pertinet atque spectat. Et sic Ill.<sup>us</sup> D. Dux jussit, quod, prout notari, reformari et scribi fecerit, executioni mittatur.

Consilarii: Sebastianus Foscareno. = Johannes de Gar-